

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Amicitia bt
cum fontibus primis

Qui amicus est amat; qui amat non utique
amicus est. Amicitia semper prodest;
amor aliquando nocet.

Qui amicus est amat; qui amat non utique
amicus est; itaque amicitia semper prodest,
amor aliquando etiam nocet.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium
epistulae morales*, 35.1 (L. Reynolds ed.,
vol.1, p.97, ll.8-10).

Non est quod amicum
tantum uel in foro uel in curia quaeras;
si diligenter attenderis, et domi inuenies.

Non est, mi Lucili, quod amicum
tantum in foro et in curia quaeras:
si diligenter adtenderis, et domi inuenies.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium
epistulae morales*, 47.16 (L. Reynolds ed.,
vol.1, p.123, ll.7-8).

Errat enim qui amicum in atrio
querit et in conuiuio probat;

Hoc non continget tibi nisi secesseris:
alioquin habebis convivas quos ex turba
salutantium nomenclator digesserit;
errat autem qui amicum in atrio
quaerit, in convivio probat.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium
epistulae morales*, 19.11 (L. Reynolds ed.,
vol.1, p.52, ll.20-23).

in pectore enim amicus non in atrio
inuenitur.

In pectore amicus, non in atrio
quaeritur;
illo recipiendus,
illic retinendus est et in sensus recondendus.

Seneca XXIX. epistola.

Lucius Annaeus Seneca, *De beneficiis*,
6.34.5 (F. Préchac ed., vol.2, pp.66-7).